



M. ANTONII  
SABELLICI,  
RERUM VENETARUM  
AB URBE CONDITA,  
*DECADIS SECUNDÆ,*  
LIBER V.



Onstabat autem in tanto terrestris belli  
apparatu viro aliquo impigro, Veneti-  
que nominis amicissimo opus esse, cui  
totius rei summa (quod s̄æpe alias in hu-  
jusmodi motibus fieri confueverat) tu-  
to demandaretur. Placuit itaque Raine-  
rium Vaschum, armorum ea tempestate  
peritissimum, ad hoc ipsum ex Hetruria accersi, Domi-  
nico Michaele in castra prius misso, qui quoad ille affu-  
set, copiarum imperio præcesset. Missi cum eo legati An-  
dreas Zenus & Thaddæus Justinianus. Edictum militibus,

1372

Rainerius  
Vaschus  
Dux copia-  
rum.

ut